

Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

Complectens Constitutiones ab Innocentio XIII. & Benedicto XIII. editas

Luxemburgi, 1740

LXIX. De Cathedrali Ecclesia Cingulana.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74724](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-74724)

arceat, Vobis, Dilecti Filii, Apostolicam Benedictiōnem peramantē impartimur.

Datum Romae apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die XXIII. Augusti MDCCXXV. Pontificatus Nostri Anno Secundo.

LXIX.

Restitutur primō suo Cathedralis honoris fastigio Ecclesia Cingulana; necnon ēque principaliter Auximati unitur; & privilegiis ornatūr.

Conf. ed. 1725. Jul. 16. P. 2. confirmata & innovata fuit erec̄tio Ecclesia Setin. in Cathedram, & ejus unio cum Ecclesia Terracinen.

Dat. 20. Aug.
1725. An. 2.

Exordium a confuetudine Romana Ecclesiā custodiendi Ecclesiās Episcopālēs.

Demonstra-tur Cingu-lum Picenī Civitatem, olim Episc. Cathedra clariſſe.

Postea vero Cingulanam Ecclesiām Auximatis Episcopī curā commissam fuisse.

BENEDICTUS EPISCOPUS,
Servus Servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.

Romana Ecclesia, quæ supra ceteras totius Orbis a Christo Domino primatum obtinuit, interdum ob ingruentes calamitates, plurimum Ecclesiārum Episcopālium custodiam, & regimen unius vigilantia committere, & simul eas jungere confuevit, ne oves Dominicae, Pastoribus suis viduatae, lupo veniente, mortis disserim incurerent. Cessantibus vero peculiaribus causis, & necessitatibus, ob quas ejusmodi Ecclesiā cum suis mensis, Diocesibus & territoriis simul coauerant, illisque iterum clēri, populique frequenta, & pietate florentibus Romanī Pontificis, ut communis parentis de filiorum gaudio solliciti, providentia, honoris Episcopālis elogium, quod culpa non sua pridē amiserant, eis post saeculorum memoriam seorsum indulgere, & postliminio restituere non deditur.

S. 1. Hac animo revolentes, accepimus, Cingulum, Piceni Civitatem, veterum magistrorum fama percelebrem, inter Ecclesiās, speciali Provincia Romani Pontificis comprehensas, Cathedra Pontificalis gloria clarissima, ubi Exsuperantius, præcipiuus ejus patronus, cuius sacræ exuvia ibidem coluntur, aliquae Cingulani Antistites sedisse memorantur, & præter Julianus, felicis recordationis Vigilius antecessoris nostri laborum & itinerum comes, quem una cum aliis Collegiis suis Comprovincialibus Episcopis, ex veteris disciplina Ecclesiasticæ regula, Constantinopolim sequetus est, cumque is post Valentini Silvæ candida Episcopum Vigilius constituto aduersus Tria Capitula in Urbe regia subscriptis, & semel, iterumque ab eodem Vigilio laudatur in sententia contra Rusticum, & Sebastianum Sancta Romanæ Ecclesiā Diaconos, eidem Vigilio rebelles, Constantinopoli similiter edita. Ad haec Pelagius, patriter Sancta Romanæ Ecclesiā Diaconus, qui & ipse prædicti Pontificis constituto una cum Juliano ceterisque subscripterat, in Petri cathedra Vigilio Syracusis defuncto successor datus, eidem Juliano ad Cinguli Episcopalem Ecclesiām reverso non unas literas exaravit, quædam injungens, Cingulani Episcopatus immunitatem, & patrimonium respicienda. At postmodum Barbaris Italie incumbentibus Cingulana Ecclesiā cum tota sua Diocesi, & territorio Auximatis Episcopi, tamquam proximi, curæ commissa est. Signa tamen, & testimonia luculenta primaveri Episcopatus Cinguli nihilominus superfuerunt, ac etiam supersunt. Ibi enim ab antiquis temporibus Præpositi, & Archipresbyteri dignitates cum insigni Collegio decem Canoniconorum, sacras laudes Deo assidue canentium, hactenus

remanent. Præterea Cingulana Civitatem, suo Episcopio ornatam, ubi earundem Auximatis, & Cingulana Ecclesiārum Antistites sape, & diu moram traxerunt, & pro libitu suo trahunt intra, & extra decem millia hominum circiter colunt, pluresque ades sacrae, sex videlicet Religiosorum Ordinum, una Presbyterorum Congregationis Ororii Sancti Philippi Nerii, tres Virginum Deo sacrarum præter quinque piorum hominum Sodalitates, duo Xenodochia, & Mons pietatis, spectabilem reddunt: quæ quidem omnia singularem totius Civitatis Cingulanae pietatem, & Dei cultum egregie patefaciunt.

S. 2. Cujus etiam Civitatis magna laus est, ex ea non paucos strenuos, & prenobiles viros sacris Ordinibus Militaribus, Hospitalis Sancti Joannis Hierosolymitani, Sancti Jacobi a Calatrava, sancti Stephani, pro Christiana Religione contra Infideles tuenda, instituti, nomen dedisti, & hoc ipso tempore etiam dare. Igitur ob præmissa, quibus etiam recolenda memoria Innocentius Papa XIII. Antecessor Noster, qui, dum Cardinalatus honore fulgebat, Ecclesiā Auximati ex concessione, & dispensatione Apostolicis præfuit, permotus ex paternæ charitatis instinctu Cingulana Civitatem, ejusdemque Ecclesiām antiquo Episcopalis cathedra nomini, non superveniente obiū, restitūset, nos utriusque nomen hujusmodi restituere, & æquis dilectorum Filiorum ejusdem Cinguli civium votis, accedente ad ea consensu dilecti Filii Nostri Augustini Sanctæ Romanæ Ecclesiā tituli Sancti Sixti Presbyteri Cardinalis Pipia nuncupati, Ecclesiā Auximatis ex similibus concepcione, & dispensatione, nunc Præsulū existentis, annullere volentes, eosque necnon dilectorum etiam Filios Præpositū, Archipresbyterū, & Canonicos prædictos, illosque, & illorum quemlibet a quibusvis excommunicationis, suspensiōnis, & interdicti, aliusque Ecclesiasticæ sententiis, censuris, & penis, si quibus quomodo libet innodati existunt, ad effectum præsentium tantum consequendum, harum serie absolventes, & absolutos fore censentes; motu proprio, non ad alicuius Nobis super hoc oblatā petitionis instantiam, sed ex certa scientia, meraque deliberatione, deque Apostolica potestatis plenitudine, nostris, Cingulum, veteri Episcopali dignitate præstantem Civitatem, necnon ejus Ecclesiām Deo dicatam, in honorem Assumptionis Beatæ Mariae Virginis, in qua Præpositura, prima, & Archipresbyteratus, secunda, Dignitates, necnon decem Canonicatus, totidemque Præbendæ erēctæ reperiuntur, ejus Cathedram fuisse, Apostolica auctoritate tenore præsentium perpetuo declaramus: eamdemque primō, & pristino suo Cathedralis honoris fastigio cum omnibus, & singulis privilegiis, induitis, facultatibus, præminentius, gratiis, & immunitatibus suis restitūmus, in antiquum, & pristinum statum reponimus, & plenarie reintegramus: cumque ejus territorio, Clero, populo, & Diocesi, Ecclesiā Auximati Coepiscopalem, & Concathedralē æque principaliter, ac per unum, & eundem illarum Præsulem æque principaliter regi, & gubernari, illique præesse debere, eadem Apostolica auctoritate, earundem tenore præsentium, decernimus, & statuimus: ac insuper, si fortasse opus sit, idem Cingulum in Civitatem, illisque incolas in Cives, & Ecclesiā Assumptionis Beatæ Mariae Virginis, in Cathedram erigimus sub invocatione ejusdem Assumptionis Beatæ Mariae Virginis, & in ea dignitatem, Sedem, & mensam Episcopalem cum omnibus, & singulis privilegiis, honoribus, iuribus, & insignibus debitis, quibus alia Civitates, illarumque Cives, ac alia Cathedrales Ecclesiā, illarumque Præsulē, Capitula, & Canonici de jure,

Causa praefecti Constitutionis.

Restitutio
in pristinum
Ecclesiā Cin-gulanam.

usu,

Ordinatio-
nes quedam.Unio ejus-
dem æque
principaliter
eadem Eccle-
sia Auxima-
ti.Nonnullis
eadem, &
eius Capitu-
lum privile-
gii ornatur.Clausulae
cum deroga-
toriis.

usu, stilo, consuetudine, aut alias quomodolibet utnatur, fruuntur, potiuntur, & gaudent, aut uti, frui, potiri, & gaudere quomodolibet poterunt in futurum.

§. 3. Cum obligatione, quod Civitas Cingulana, taliter decorata suis sumptibus erigit in Ecclesia prædicta Assumptionis Beatæ Mariæ Virginis condecentem Cathedram Pontificalem, umbroculo, seu baldachino tectam, ad quam per gradus, juxta ceremoniale Episcoporum, ascendi posse. Præposituram vero, in eadem Ecclesia majorem post pontificalem, ac Archipresbyteratum, secundam, illius Dignitates, ac Canonici, & Præbendas, in dignitates, Canonici, & Præbendas, auctoritate, & tenore premissis, de novo similiter perpetuo erigimus; etiamque Ecclesiam Cingulanam, sic de novo per Nos erectam, eidem Ecclesiæ Auximati perpetuo, & æque principaliter unius, ita ut unus idemque Episcopus eis æque principaliter præsit: ac deinceps in quibuslibet scriptis publicis, & privatis, in actis Consistorialibus, Apostolicis diplomaticis, Constitutionibus Synodalibus, Decretis, & Edicis, ab eo pro tempore emanaturis, & subscribendis, non tantum Auximas, sed æque etiam Cingulanus Episcopus appellari, & se subscribere debeat: & ne Clerus, ac Populus Cingulanus Auximum usque, quod ad decimum & octavum inde lapidem abest ad forum Episcopale quascumque ob causas, etiam levissimas, iugis incommode amplius pertrahantur, Vicarium sibi in spiritualibus generalem, in Civitate Cingulana, ejusque Territorio, & Diocesi residentem arbitrio suo deputer.

§. 4. Præterea dilectis Filiis Præposito, Archipresbytero, & Canonici prædictis, nunc, & pro tempore existentibus, ut ipsi in posterum, dimissi veteri indumento, si quod gerunt, Præpositus, & Archipresbyter videlicet, Mozzetam violaceam supra Rocchetrum, Canonici vero prædicti Almutiam tam in Ecclesia Cingulana hujusmodi, illiusque Choro, Capitulo, etiam in Missarum, & horarum Canonicularum divinarum, & nocturnarum, necnon Vesperarum, & aliorum divinorum officiorum celebratione, quam in processionibus, & sacris functionibus, aliisque actibus publicis, & privatis ubicumque locorum gestare valeant, postmodum alii nostris Apostolicis literis, ob ipsos ut moris est, per Cancellariam seorsum expedientis, benigne concedimus, atque indulgemus.

§. 5. Decernimus insuper, has ipsas nostras Apostolicas literas semper, & perpetuo validas fore, suumque plenarium effectum, & robur habitus: nullo eas tempore, occasione, & causa quantumvis legitima, & juridica, irritas, invalidas, obrepticias, & subrepticias dici unquam posse, etiamque Capitulum, & Canonici Ecclesiæ Auximatis, seu quicunque alii cuiuscumque dignitatis, gradus, conditionis, & præminentiae, in præmissis omnibus, & singulis, & circa ea quomodolibet, & quavis ex causa, ratione, actione, vel occasione jus vel rem habentes, vel se habere putantes, ad id nequaquam vocati essent, neque illis consenserint: nec causa, ob quas ha nosæ literæ prodissent, adductæ, aut comprobatae haberentur: vel intentionis nostræ, aut jus, & rem habentum consensus decesserit, aut quilibet aliud, quantumvis magnum, non excogitatum, neque excogitabile, ac speciale, propriamque mentionem, & expressionem requirens, etiam propterea quod in præmissis, eorumve aliquo follementis, & quavis alia servanda, atque adimplenda, servata, & adimplenta revera non essent: aut denique ex quacumque alio capite, a jure, vel facto, statuto, aut consuetudine aliqua procedente, sive etiam enormis, maximaque lascivis colore, prætextu, ratione, vel causa in ipso etiam corpore juris expressa, licet justa, ratio-

nabili, legitima, juridica, pia, ex privilegio orta, ac etiamque talis esset, que ad robur, & vim præmissorum omnino exprimi necessario deberet; fortasse propterea quod de voluntate nostra, ceterisque superius enarratis nusquam appareret, aut nihil probari posset, easdem has nostras literas notari, impugnari, invalidas reddi, retractari, in jus, vel controversiam revocari, aut ad terminos juris reduci, vel adversus illas restitutions in integrum, aperitionis ori, reductionis ad viam & terminos juris, vel facti, aut gratia, vel justitiae remedium impertrari, seu quomodolibet, etiam motu simili concessio, vel imperato, aut edito uti, seu se juvare in judicio, vel extra unquam posse; decernimus, atque jubemus, universis litibus; & controversiis hac de re, si que fortasse sunt, aut fuerint, perpetuum silentium imponentes. Hancque easdem literas nostras sub quibusvis similium, vel dissimilium gratiarum revocationibus, suspensionibus, limitationibus, modificationibus, derogationibus, aliisque contrariis dispositionibus, etiam per Nos, & Successores Nostros Romanos Pontifices pro tempore existentes, & per Sedem Apostolicam, motu pari, scientia, & plenitudine potestatis, Consistorii decreto ex quibuslibet causis, & sub quocumque verborum tenore, & forma, ac cum quibusvis clausulis, & decretis, licet in eis de his nostris literis, earumque toto tenore & data specialis mentio fieret, pro tempore factis, & concessis, ac faciendis, & concedendis, non posse, aut debere comprehendи statuimus; sed tanquam ad majus bonum tendentes, semper, & omnino ab illis excipi: & quoties illæ prodierint, toties in pristinum, & validissimum, atque in eum, in quo antea quomodolibet erant, statutum restitutas, repositas, & plenarie reintegratas, ac denuo etiam sub quacumque posteriori data, quandocumque eligenda, concessas esse, & fore; Sicque, & non alias in præmissis omnibus, & singulis per quocumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Caifarum Palatii Apostolici Auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, etiam de Latere Legatos, Prolegatos, ejusdemque Sedis Nuncios, & alios quocumque, quavis auctoritate, potestate, prærogativa, & privilegio fulgentes; sublata eis, & eorum cuilibet, qualibet facultate, & auctoritate aliter judicandi, & interpretandi in quacumque foro, & judicio, & in quacumque instantia judicari, & definiri debere; sive secus, ac Nos fancimus, super his a quoquam quavis auctoritate, scienter, vel ignorantie contigerit attentari, hoc totum irritum, & inane habendum esse statuimus; non obstantibus quatenus opus sit, nostris, & Cancelleria Apostolica regula de jure quæsto non tollendo, aliisque in contrarium præmissorum quomodolibet editis, vel edendis Constitutionibus, Synodalibus, Provincialibus, Ecumenicisque Conciliis, Ordinationibus quoque Apostolicis, & earumdem Ecclesiarum Auximatis, & Cingulanæ jurejurando, confirmatione Apostolica, vel Statutis quavis firmitate robortis, eorumque reformationibus, novis addimentis, stylo, usu, Confuetudinibus, quamvis immemorabilibus; privilegiis quoque, indultis, Literis Apostolicis, quas eisdem, eorumque majoribus concessa fuissent, seu personis, ac locis quibuscumque, licet speciali, & expresa mentione dignis, sub quocumque tenore, forma, ac quibusvis derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacissimis, & insolitis clausulis, irritantibusque Decretis generatim, vel speciatim motu quoque huic simili, & in Consistorio, aut alias quomodolibet, sèpe etiam in contrarium præmissorum concessis, approbatis, confirmatis, & renovatis: quamquam diserte in eis caveretur, ne iisdem his nostris literis Apostolicis per-

ANNO 188
1725.

BENEDICTUS DECIMUS-TERTIUS.

ANNO

1725.
Clausulz.

Derogatio
specificæ.

quascumque alias motu quoque simili pro tempore editas, quascumque etiam derogatoriarum derogatorias in se continentis, derogari unquam possit, nec censeatur eis derogatum.

§. 6. Quibus omnibus, & singulis, quamvis de illis, & eorum tenore specialis, & expresa, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quavis expressio habenda, aut quelibet alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum omnium & singulorum tenorem, formam, & causas quascumque, pias, & ex privilegio deductas, his nostris literis pro plene, & sufficienter inferitis, ac de verbo ad verbum, nullo prorsus omisso, expressis habentes, illis in suo robore alias permanens, ad præmissorum omnium, & singulorum validissimam vim, & effectum, hac vice dumtaxat, latissime, plenissime, ac sufficienter, necnon speciatim, & expreſſe, motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus, harum serie derogamus, ceterisque contrariai quibuscumque.

§. 7. Nulli ergo omnino hominum licet hanc paginam restitutions, declarationis, erectionis, sanctionis, concessionis, indulti, decreti, & derogationis infringere, vel ei temerario auſu contrarie. Si quis autem hoc attentare præsumperit, indignationem Omnipotens Dei, ac Beatorum Apostolorum ejus Petri, & Pauli fe norabit incursum.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem anno Incarnationis Dominicae millesimo septingentesimo vigesimo quinto XIII. Kal. Junii Pontificatus nostri Anno Secundo.

LXX.

Dat. 20. Aug.
1725. An. 2.

Causa præ-
sentis confi-
tutionis.

Statutum
prædicti.

Statuitur, ne quis Monachus Ordinis Cathosien. quodvis officium, seu gratiam, absque Superiorum consensu, a Sede Apostolica impetrare possit.

Hæc Constitutio confirmatur a Clemente XII. Con-
stit. ed. 1732. Julii 31. P. 3.

BENEDICTUS PAPA XIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Cum sicut dilectus filius Vincentius Dinelli Procurator Generalis Monachorum Ordinis Carthusien. Nobis nuper exponi fecit aliqui ipsius Ordinis Monachi ambitionis spiritu duicti officia diœci Ordinis ab hac S. Sede per importunas preces impetrare non erubescant cum maximo Regularis discipline detimento. Nobis propterea dictus Vincentius Procurator Generalis humiliter supplicari fecit, ut in præmissis opportune provideret, & ut infra indulgere de benignitate Apostolica dignaremur.

§. 1. Nos igitur incommodes, quibus ea de causa Ordo prefatus afficitur, obviam ire, ipsumque Vincentium Procuratorem Generalem specialis favore gratia prosequi volentes, & a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & Interdicti, alisque Ecclesiasticis Sententiis, censuris, & penitentia a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa lati, si quibus quomodolibet innodatus existit ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati; eidem moderno, & pro tempore existenti Priori Provinciali prædictæ Provinciæ Aragoniæ, ut ipse dictos gradus Doctoratus in tribus primariis dictorum trium Regnorum, nempe Cæsaugustan., Valentini., & Pampilonen. Conventibus cum assistentia Præfecti Studiorum, aliorumque trium Magistrorum cuiuslibet repecti ve ex ipsis Conventibus hujusmodi servatis, alias de jure servan, conferre libere, & liceat possit, & valeat auctoritate Apostolica tenore præsentium facultatem concedimus, & impertimur.

§. 2. Decernentes easdem præsentis literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus fortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, & per omnia plenissime suffragari: siveque, in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos etiam Caularum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiiri debere: ac irritum,

& inane,

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub annulo Piscatoris die 20. Aug. MDCCXXV. Pon-
tificatus Nostri Anno Secundo.

LXXI.

Conceditur Provinciali Provincia Aragoniæ Ordinis B. M. de Monte Carmelo facultas con ferendi gradus doctoratus in tribus primariis Conventibus Regnorum Cæsaugustan., Valen-
tin., & Pampilonen.

Similis facultas facta fuit ab Inn. XIII. Provincia li ejusdem Ordinis Provinc. Fluminis Januarii in Brasilia Conf. ed. 1723. Dec. 23. P. 2.

BENEDICTUS PAPA XIII.

Ad futuram rei memoriam.

E Xponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii moderni Prior Provincialis, & Definitores Provinciæ Aragoniæ Ordinis B. M. de Monte Carmelo, quod cum in dicta Provincia lex vigeat juxta Constitutiones ipsius Ordinis auctoritate Apostolica confirmatas, quod omnes Magistri Doctoratus gradum in aliqua publica Studi Generali Universitate suscipere teneantur, ne ipsis in eorum antiquitate, & præcedentia præjudicium inferatur; Expensæ vero in Universitatibus studiorum generalium trium illorum Regnum, in quibus dicta Provincia divisa reperitur pro consequendis dictis gradibus adeo adauera sint, ut eadem Provincia magnum detrimentum pecunia, quæ ad hunc finem ab illa exit, experiatur, ipsi exponentes quo hæc damnæ, ac etiam expensæ, & itinerum incommodates evitentur, opportune in præmissis a Nobis provideri, & ut infra indulgeri plurimum desiderent.

§. 1. Nos ipsos Exponentes specialibus favoribus, & gratis prosequi volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & penitentia a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa lati, si quibus quomodolibet innodatus existit ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati; eidem moderno, & pro tempore existenti Priori Provinciali prædictæ Provinciæ Aragoniæ, ut ipse dictos gradus Doctoratus in tribus primariis dictorum trium Regnorum, nempe Cæsaugustan., Valentini., & Pampilonen. Conventibus cum assistentia Præfecti Studiorum, aliorumque trium Magistrorum cuiuslibet respecti ve ex ipsis Conventibus hujusmodi servatis, alias de jure servan, conferre libere, & liceat possit, & valeat auctoritate Apostolica tenore præsentium facultatem concedimus, & impertimur.

§. 2. Decernentes easdem præsentis literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus fortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, & per omnia plenissime suffragari: siveque, in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos etiam Caularum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiiri debere: ac irritum,

Exponen-
tur cauſe,
qua Pontifi-
cēm impul-
runt.

Concessio
præd.

Clausulz.